Ep^te

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE

Quanto dolore affectus fueris, uel maerore potius ex Flaminij nostri morte
optimi et doctissimi uiri, facile ex tuis lris intellexi, in quo quidem declaras, nō
modo, quant' opere tu illum dilexeris, quantiq3 feceris, sed quantum etiam ipse
ob humanitatem tuam amandus sis. Nec uero hoc obscurum ingenuae naturae
et probitatis tuae signum ac testimonium est, quòd homo in ijsdem studijs in quib. ille
excelluit, magna cum laude, tot iam annos uersatus, aequalis tui obitum tam
amanter defles: et eiusdem ingeniū ac mores, summis effers laudibus. Sed quae
tu de Flaminij ingenio ac praestanti in optimar. artiū studijs laude comme
morasti, ea tibi et cuiuis ex uarijs illius et elegantissimis scriptis, aequè ac
mihi cognita esse potuerūt: illa uero quae maiora sunt ex eius laudibus
propter intimam, quae meū illi fuit, consuetudinem, et assiduū multor. annor.
conuictum atq3 usum: et facilius animaduersa à me, et perspecta sūt certius.
Neq3 .n. mihi quenquam uideor aut maiore erga deū pietate praeditum
cognouisse, aut ab omni ear. rer. quas uulgo homines admirant', cupiditate
remotiorem: aut deniq3 in omnib. Christianae caritatis officijs diligentiorem.
Itaq3 tali uiro extincto, quem ego unice diligebam, et à quo me summopere
amari sentiebam (si modo extinctus is est, qui morte immortalitatē cōmutauit)
negare non possum, quin ipse quoq3 grauiter sim commotus. Et cui superiorib.
temporibus, plurimae aliae, grauissimaeq3 calamitates inciderint, hanc nullā
ferè ear. leuiorem esse existimarim. Quòd si tu propter admirationem
illius probitatis atq3 doctrinae, tam grauiter eius morte doluisti: quid me tādē
facere par est, qui his ipsis bonis assiduè fruebar: quiq3 praeterea
ex suauissimis eius sermonibus, summam iocunditatem; ex amantissimis
consilijs maximum fructum, in omni actionum mearū genere capiebam.
Sed tamen qui rebus aduersis perferendis Deo iuuante iam pridem assuefacti sumus,

quiq; omnia, quę uoluntate diuina eueniant, nō forti modo, sed ęquo etiam animo patienda nobis esse statuerimus, hoc nostrum incommodum, grauissimamq; iacturam, eo ferimus animo, quo debemus. Tantum uero abest, ut illius uicem doleamus, ut etiam ipsius causa gaudendum esse intelligamus. Etenim cui magis propitiū ac placatum deum fuisse, cui ut facilius aditum, ad aeternam et beatam illam uitam patuisse censendum est, quam ei, qui (ut ipse quoq; de eo sentis) et integerrime semper ac castissime uixerit, et ex hac uita piè sancteq; discesserit? Profecto illius obitum dolere, inuidentis esset potius quam amantis. Quare te quoq; hortor, ut cum is tam praeclare uitę suę cursum confecerit: hac cogitatione, desideriū quo ex illo afficeris, lenias: quod facilius etiam assequere, si his literis, quę ut sunt ita appellantur sacrę, aliquid tui studij et temporis impertieris: ex quibus id quod ipse expertus confirmare possum, praeter suauissimum quendam animi fructum ac uoluptatem, quam percipies, omnia quę euenire homini possunt incommoda, modo omnis spes nostra in Deo fixa teneatur: nō tollerabilia solū esse, sed ad salutem etiam animorum uim habere maximā intelliges. Sed haec hactenus. Ego et tuū scribendi ad me cōsiliū amaui, quod clarissimā mihi et iocūdissimā Flaminij memoriā, quamq; ea quidem, quoad uiuā ex animo meo effluere nūquā poterit, excitaris: et de te iam pridem ita sentio, ut eo amisso, nō paruū Italiae in tua excellēti doctrina, ornamentum positum esse arbitrer. Eo porro sum in te animo, ut si quam ad rem opus tibi opera et studio meo fuerit, ea tibi, ut ab homine taliū uirorū, qualis es tu, uehementer cupido, parata esse pollicear. Vale meq; ama. Romae IIII. Cal. April. M.D.L.

Uti fr. Reg. Car.lis Polus.

B. Car.lis Maffeus Petro Victorio S.

Perbelle tu quidem & acute, q cū meā aliquam epistolam elicere cuperes, eiusmodi scribendi argumentum delegisti, quo nō minus inuitarj possem ad rescribendum, quàm summa literarum tuarum elegantia deterrerj. Quamquam sane, quo maiorem et latine scribendi laudem mihi tribuis et literarum mearum expectationē tuā esse ostendis, hoc iniquiorem respondendi conditionem mihi a te propositā esse intellego, qui cum nulla sum dicendi facultate preditus, tum uero hoc exercitationis genus intermisi iamdiu, sic, ut alias omnino res agam. Quare tu rationem tantūmodo officij in respondendo mei spectes uelim, nihil praeterea requiras. Nam quod mihi ueterem gratulationis laetitiā renouas commemoratione honoris, et dignitatis amplissimae, qua iampridem ornatus fui singulari quadam et eximia Paulj iij Pont. Max.

benignitati. atque liberalitati, summoque item Ale-
xandri Farnesij erga me studio, ac uoluntati,
equidem animum istum tuum libentissime amp-
lector, cuius lętitia, et uoluptas tanta uidetur
extitisse, ut, cum postea Romę aliquando
me conuenisses, multasque horas mecum fuisses,
tamen longo etiam post interuallo, aliquod
eius lętitię testimonium in literis ad me tuis
extare uolueris. Sed profecto nihil mihi
lętius, nihil optatius ex ipsis literis tuis acci-
dere potuit, quam quę de ipsius Alexandri
Farnesij studiorum cursu et ratione per-
scribis, illudque precipue, cum te in ijs duce
et magistro uti. Etenim cętera quę de
prestanti eius ingenio illustrique natura expo-
nis, etsi mihi magnę uoluptati fuerunt, tamen
erant illa mihi iam pridem cognita maxime, atque
perspecta. tantum optabam in his humanitatis,
et literarum studijs, ut aliquem haberet, qui

eruditionis scribendiq[ue] laude, et gloria antecell-
eret, quod ei tam commode oblatum esse, uehem-
enter letor. facile enim mihi sperare uideor,
fore uti preclarum eius ingenium sic ali-
quasi ager quidam optimus colatur, ut que ei
et doctrine, et eloquentie semina mandaueris,
hec eiusmodi ferant fructus, qui uel amplissi-
mam eius dignitatem, secundasq[ue] res ornare,
et aduersis etiam solatium, ac presidium maxi-
imum afferre possint, quod quidem incredibili
me uoluptate affecerit, cui enim om[n]ia debeo
et fortunarum et dignitatis ornam[en]ta, eum o[mn]ib[us]
no[n] solum corporis, et fortune, uerum etiam animi
bonis abundare in primis cupio. Sed hactenus
ad epistolam tuam. Quod uero tu pridem Roma
discedens mihi pollicitus es, non pauca in
Plautum, et in alios latine lingue probatos au-
ctores ad me missurum esse, promissi illius tui
te iccirco admonendum statui, ut intelligeres et

me, id ipsum ut feceris, expectare, et omnia quae
cunque miseris ingenij ac studiorum tuorū monumenta,
mihi cum ad legendum iocundissima fore, tum etiam
ad literas, quales istae sunt, id est reconditas inte-
rioresque cognoscendas longe gratissima. Vale,
teque ame plurimum, amari existima.
Romae XIIII Cal. Januar. MDLI.

8